

« tur, » hoc ei, lapides in panes transmutandi consilium proposuit, ut occasione futuri miraculi, detectam videre posset divinitatem. « Et ut in « homine, oblectamentum cibi, patientiam esurientis « illuderet; » at vero illusus, confusus et in astutia sua derisus fuit: « Sed Dominus non panem potius « quam salutem hominum esuriens, ait: *Non in « solo pane vivit homo*, quia ipse non solum homo, « sed et Deus, licet utique in tentationis diem, cibo « hominis abstinere, Dei tamen spiritu alebatur.»

5. — Beda arbitratur, Christum dicere voluisse, quod, sicut panis materialis corporis cibus est, ita quoque animæ alimentum sit verbum Dei: « Quia « sicut corpus terreno vivit cibo, sic anima Dei « verbo, » inquit S. Hieronymus: « Si quis ergo « non vescitur verbo Dei, iste non vivet. » Idem quoque alibi de Moysæ scribit, quod is qui quadraginta diebus et noctibus, « sermone Dei pascetur, « in se, verissimum probat, quod dicitur: *Non in « solo pane vivit homo*, etc. » Abulensis rationem reddit, cur Deus nos sine pane etiam corporaliter alere possit: « Quia erat potentia in verbis Christi; « poterat enim loquendo consolari hominem et « conservare sine cibo. » Idem quoque, postquam exemplum allegasset Moysis, bina vice per quadraginta dies et noctes eo modo sustentati, ut facies ejus post jejuniæ nequaquam extenuata, sed resplendens et vegeta visa fuerit, demum subjungit: « Poterat Christus, qui ipsemet Deus erat, sic homini « nem consolari et loquendo sine cibo conservare. » Chrysostomus quoque, *Hom. xiii in Matth.*, ait: « Potest esurientem Deus etiam verbo pascere. »

Additiones.

a. — Qui respondens dixit: *Scriptum est: Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei.* Nominis verbi intelligitur Christus quo nostra anima super omnia pascitur ut amplius non esuriat. Unde S. Ambrosius, *Serm. xxxvii de jejuniis*, ita ait: « *Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo Dei*, hoc est, non in pane terreno, « sed in verbo Dei in quo sunt alimenta vitæ celestis. Verbum autem Dei Christus est Dominus, « sicut ait Evangelista: *In principio erat Verbum.* « Quisquis ergo Christo pascitur, terrenum pabulum non requirit. » Nec enim potest sæculi panem cupere, qui pane reficitur celesti. Sacra enim Eucharistia terrenorum nauseam et affectus bonorum imprimi cœlestium. Ecclesia in oratione post communionem Dominicæ VI post Epiph. ita nos divinæ Majestati supplicare docet: « Cœlestibus, « Domine, pasti deliciis, quesumus, ut semper ea « per que veraciter vivimus, appetamus. » Quem pariter effectum cognovisse videtur ille qui de Eucharistia in spiritu disserens, *Deut.*, xxii, 14, dicebat: *Sicut aquila provocans ad volandum pullos suos, et super eos volitans.* Qui enim ab aquila ad

volandum provocantur, nisi animæ fideles Christum in Eucharistia recipientes, que tanquam aquila cœlestia nobis imprimi desideria et affectus? Quem nobis conceptum his verbis expressum reliquit Q. Chrysostomus, *Hom. xxv in I ad Cor.*, dum ait: « Inde effecti aquilæ ad cœlum evolamus; ubi enim « cadaver, illic et aquilæ. Cadaver corpus suum « vocitans propter mortem, aquilæ vocat, ostendens « dens quod oportet eum, qui ad hoc corpus accedit, esse sublimem, et cum terra nihil habere « commune, neque deorsum trahi et serpere, sed « assidue sursum volare. »

b. — Omnes demonum impetus testimonio legis compressit Dominus. Causam hujus rei D. Hieronymus his verbis assignat: « Ideo sic respondit « Dominus, quia propositum erat ei humilitate « diabolum vincere, non potentia. » Insultus enim diaboli evadit humilitas. Magna equidem hæc est eum humilitate in animam nostram redundans utilitas, scilicet quod nos ab inimici infernalis eripiat laqueis. Legitur in Psalmo xxx, 9: *Quoniam respexisti humilitatem meam, salvasti de necessitatibus animam meam, nec conclustisti me in manibus inimici.*

« Nec immerito, subjungit Seraphicus, quoniam « humilitas despiciet et parvi pendet diabolum, « ejus laqueos evadendo; » quemadmodum in S. Antonio Magno apparet, qui dum omnes demonum laqueos in terra videret, et suspirans diceret: « Domine, quis poterit istos effugere? Audivit « Antonius: « Humilitas. » Ad debellandum patientissimum Jobum, totus conjuratus infernus omnes vires suas adhibuit, ita ut nullus superesset laqueus, quem ei non tenderet, nec ullum stratagemam, quo non uteretur, tamen turpiter devictus et delirumphantus fuit, eo quod se usque ad sterquilinum insidendum humiliavit. In cujus proinde laudem S. Paulinus ait: « Postquam sedit in sterco core tentari destitit. Consumperat tentatoris « invidiam humilitate perfecta, que facilius suragere quam dejici potest, quia in fimo sedens, « unde cadat non habet, et habet unde consurgat, « per eum qui suscitatur de terra inopem, et de sterco core erigit pauperem, et in stercore redigit « superbos. » S. Joannes Climacus sic ait: « Humilitas est turris fortitudinis a facie inimici; nihil « profectus inimicus in eo, et filius, seu potius cogitatio iniquitatis non apponet nocere ei. » S. Bernardus quoque dicit: « Per hanc, scilicet « humilitatem, nonnulli possederunt etiam portas « inimicorum; quæ enim virtutum potest æque « demonum debellare superbiæ? »

c. — S. Gregorius, *Hom. xvi in Evang.*, ait: « Considerare debemus, quia tentatus Dominus a « diabolo, sacri eloquii præcepta respondit, et qui tentatorem suum in abyssum mergere poterat, « virtutem suæ potentie non ostendit, sola divinæ « Scripturæ præcepta edidit; quatenus nobis suæ

« potentie præberet exemplum, ut quoties a præsente vis hominibus aliquid patimur, ad doctrinam potius excitemur quam ad vindictam. » Doct nos Dominus exemplo suo, ad quoties ab iniquis hominibus impetitur, in eos iram et vindictam non retorquamus sed potius blando ac suavi eloquio demulcere intendamus.

d. — Variis hujus textus: *Non in solo pane, etc.*, sunt sanctorum Patrum interpretationes. Beda arbitratur Christum dicere voluisse quod sicut panis materialis corporis cibus est, ita quoque animæ alimentum sit verbum Dei, quia sicut corpus terreno vivit cibo, sic anima Dei verbo, inquit S. Hieronymus. S. Ambrosius et alii per verbum sacram doctrinam intelligunt, quia sicut cibo materiali corpus pascitur, ita spirituali doctrina anima reficitur ac proinde docet quod non solum de corpore sit habenda cura, sed etiam de anima. Non autem inter vivos numerandus est qui spirituali doctrina caret et solum se temporalibus committit et de spiritualibus minime curat. Anima enim in bonis hisce terrenis perditur, dum æterna negliguntur.

e. — Notant D. Hieronymus et Gaymon, in homilia, quod Dominus omnia testimonia contra diabolum de Deuteronomio sumpsit: « Deuteronomium secundum lex dicitur et designat Evangelium, datque hoc factum Dominus exemplum, ut « quoties a daemonibus, vel malis hominibus impugnamur, ad sancti Evangelii auctoritatem confugium faciamus. » Sacra enim Scriptura ac præcipue sanctum Evangelium, remedium est contra omnes tentationes; nulla enim potest esse tam gravis tentatio, contra quam non habeamus levamen ac subterfugium in sacra Scriptura, si illam diligenter evolamus. Ipsa enim Scriptura efficax remedium est ad tentationes propulsandas; huic enim, utpote quæ a suo sanctissimo fuit dictata Spiritu, communicavit Deus prærogativam, ut validissimum instar scuti, retorqueret assultus quosvis diabolicos. Qualem vim et efficaciam habeat sacra Scriptura, pulchre id docet D. Gregorius, *lib. II Moral.*, 1, hisce verbis: « Scriptura sacra mentis « nostræ oculis quasi quoddam speculum opponitur, ut interna nostra facies in ipsa videatur; ibi enim fœda, ibi pulchra nostra cognoscimus. Ibi « sentimus quantum proficimus; ibi a profectu « quam longe distamus. Narrat autem gesta sanctorum et ad imitationem corda provocat infirmorum; dumque illorum victicia facta commemorat, rat, contra vitiorum prælia, debilia nostra confirmat; fitque verbis illius, ut eo mens minus « inter certamina trepidet, quæ ante sepositos tot « virorum fortium triumphos videt. » S. Thomas de Villanova textum hunc, *Cont.*, iv, 1: *Hæc est illa turris David, quæ edificata est cum propugnaculis, interpretatur et intelligit de sacra Scriptura, asserens: « Hæc est illa turris David, quæ edificata est*

« cum propugnaculis; mille clypei pendent ex ea, « omnis armatura fortium; nulla est tentatio, nulla « adversitas, nullum infortunium, cui sacra Scriptura non medetur et succurrat. »

f. — Si quispiam alius et non corporata ipsa Dei Sapiencia hæc respondisset: *Non in solo pane, etc.*, humana nostra temeritati contra arguere liceret, scilicet: Christus de quadraginta dierum inedia valde esurit, et quidem in deserto ubi nulla annona suppedit. Ergo famelicus oblatos panes ad alimoniam acceptet, nec omnia illi ad sustentationem jam deerunt. Esto non cum solo pane vivat homo, sed alio obsonio, ad ægram diu vitam sustentandam indigeat, igitur accipiat panem, ne omnino indigus sit in deserto. Imo qui valde esurit, panem in deliciis habet; nam panis quantumvis agrestium dapum condimentum est et vel solo pane famem interim pellitur; saltem accipiat panem, et sic panis, et simul obsonium, esurienti non deerunt. Qualis ergo est hæc ratio: *Non in solo pane vivit homo?* Verum vel maxime hæc ratio suscipienda est et adoranda, quippe quam incarnata Dei Sapiencia moralissime dictavit: quod solus materialis panis homini non solum sit necessarius, sed et mysticus ille panis, scilicet verbum Dei, quo vita sustentatur spiritualis et conservatur corporalis.

g. — Quærit S. Thomas: Cur renuerit Christus panem e petris educere? Quinam virtuti hoc præjudicabat? Contra præceptum neulquam, jejuniæ nequaquam solvebat, quod jam absolverat, gula nequaquam indulgebat. Cur ergo sibi esurienti, quantumvis miraculose, in necessitate et in deserto non provideret, qui turbis in deserto esurientibus mirabiliter providit et filios Israel in deserto miraculose pavit? Quin et miraculose statim Angeli Christo cibum detulerunt. Cur igitur noluit lapides in panes commutare? Respondet S. Doctor: « Potuit absque peccato lapides in panes commutare, « sed noluit, quia diabolus suggererat. » Quo docere voluit Christus quod etiam a levissimis rebus seu apparenter levibus peccatis sollicite abstinendum sit, si vel inde amsa detur ad majora mala, eo quod per illa levia demum non multum illaqueet.

VERSUS 5.

Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam civitatem, et statuit eum supra pinnaculum templi.

Tunc assumpsit eum diabolus.

1. — Auctor Imperfecti, *Hom. iv*, quærit, qua ratione diabolus, novum cum Christo certamen et duellum inire ausus fuerit, quando paulo ante, adeo turpiter ab eo fuit delatus et devictus: « Nihil dubium « tat dicere, nec facere, qui nihil sibi relinquit, « quod speret. »

2. — Super illa verba: *Assumpsit eum diabolus,*

varie adducuntur expositiones. Lucas Brugenſis, in *Math.*, ſcribit, quod, cum Lucifer ex reſpoſitione, quam Chriſtus ad primam tentationem reſpouderat, perſpicue ſe a Chriſto, quiſ eſſet, agnituſ fuiſſe, etiam perſonata ſpecie conſpectu intellexiſſet: « Nihil dubitans prodeſſe ſe, qualis erat, « ſpiritus nequam rapuit ipſum per aera. »

3. — Dionyſius Carthuſianus quorundam refert opinionem, exiſtantiuſ, diaboluſ Chriſtuſ in humeris ſuis poſituſ, ſuper pinnacuſ templi tuſiſſe; « Tanquam fatigatuſ et debileſ ex longo « jejuniuſ et magnitudine famiſ, quaſi compatiens « ei, cui et Chriſtuſ acq̄uieuit, ut falleret decepto- « rem. » S. Thomas hanc quideſ opinionem refert, attamen ut veruſ approbat: « Quod exhortando in- « duxit ad hoc, ut iret; et Chriſtuſ ex diſpoſitione « ſuæ ſapientie, iuit in Jeruſalem. » Albertuſ Magnuſ idipſuſ approbat, in ejuſque confirmationem, Chryſoſtomuſ quoque hac de re teſtimonium adducit, demuſ vero ſubjungit, dicens: « Quodli- « bet iſtoruſ dicatur, miranda eſt Dei patientia « quod ita, et a tali portari, et adduci voluit, et « miranduſ eſt zeluſ ſalutiſ noſtræ in Chriſto, « propter quaſ ſe ita portari et adduci voluit a « diabolo. »

In ſanctam civitatem.

4. — Circa hunc textuſ, conſideratione digna ſunt Gloſſe Interlinearis verba, dicentis: « Non « locus Deo dedicatuſ cohibuit eum. » Imo pluſ noſ in lociſ, divino cultuſ conſecratuſ, ad offeſſa Dei exſtimulare ſatagit quaſ alibi: *Quanta malignatuſ eſt inimicuſ in ſancto? Incederunt igni ſanctuarium tuuſ, in terra; polluerunt tabernacuſuſ nominis tui. Pſal. LXXIII, 3, 5.*

Et ſtatuit eum ſupra pinnacuſuſ templi.

5. — Lyranuſ pinnacuſuſ hoc, tectuſ templi fuiſſe arbitratuſ, quod juxta uſuſ domuſuſ Paleſtine, planuſ erat. S. Bonaventura putat fuiſſe locuſ, ubi Doctoreſ et Sacerdoteſ conſueverunt loqui ad plebem. Lyranuſ tenet, quod dæmon Saluatoruſ noſtruſ uniuerſe illi vaſtiſſimæ civitati, ad luſtruſ et oſtentationem commonſtrare voluerit: « Ut a populo civitatiſ, ipſe Jeſuſ volare videretur « et ſic in vanam gloriã ferretur, ſed divina vir- « tute fecit, quod nulluſ eum viderit, quia in pote- « tate ejuſ erat videri et non videri. »

6. — Gloſſa hanc conſiderationem habet: « In « eo loco Chriſtuſ tentat, in quo multoſ deceperat, dum autem non conſentit, docet eoſ, qui in « ſublimiſ ſunt, vana gloriã non moveri, diaboluſ « alta petit, ad alta ſemper ducit, elevando per « jactantiã, ut præcipitare poſſit. »

7. — S. Thomas ait: « Quia in illo loco dece- « bant, » et ſubdit: Chriſtuſ permiſiſſe, ut a dæmone in hunc adeo ſublimem locuſ duceretur,

ad denotanduſ, quod diaboluſ illoſ, qui in alto, id eſt, in dignitate conſtituti ſunt, de vana gloriã maxime tentet. S. Lucas hunc inſultuſ, in ultimoſ trium tentationuſ locuſ reponit; indeque Beda, in *Luc.*, deducit, quod, « quem gula vel avaritia « ſuperare non poterat, tentet et vana gloriã, ſi « forte illuſ vel ipſa gloriæ ſuæ jactantia dejicere « queat. »

8. — Pauluſ de Palatio quaerit in hoc loco, qua ratione dæmon Chriſtuſ in locuſ adeo eminentem, ut inde caderet, deducere auſuſ fuerit, ubi alii Sacerdoteſ, Magiſtri, omneſque alii Doctoreſ ſacri populuſ docere ſolebant? cui dubio hac ratione reſpondet: « Fieri poteſt, ut opera diaboli, prædi- « cator ad ſuggeſtuſ, Episcopuſ ad mitram, ſa- « cerdoſ ad ſacerdotiuſ adductuſ ſit, neque enim « Deuſ ſoluſ eſt, qui ſuſcitet de terra humileſ, etiam « diaboluſ collocat vileſ cum principibuſ populi « Dei. » Porro omni ſtudio ad id allaborat, ut ex hoc loco viri exemplariſſimi, maximeque conſpici, et ii, qui in ſublimiſ conſtituti ſunt dignitatibuſ, corrumpant; ſiquidem erroreſ, ſcandala et mala doctrina, perversaque exempla iſtoruſ, peſſimam poſt ſe conſequentiam trahunt. Idem quoque Pauluſ de Palatio dicit: « Ii denuntiant in pinna eſſe, qui « exempla ſunt, qualeſ ſunt prædicatoreſ, Pon- « tificeſ et ii religioſi vel ſeculareſ, qui in vita ſpi- « rituali publice profecerunt; hi, ſi ſe præcipitent, « dæmonuſ aſtu perſuaſi, o quanta eſt eoruſ « calamitaſ. »

Additioneſ.

a. — *Tunc aſſumpſit eum diaboluſ, etc.* Chriſtuſ Dominuſ, qui nocentium manibuſ non dubitavit tradi, ſimiliter nunc, ut Cypriano et Gregorio placet, ſeſe manibuſ diaboliciſ volentib긑 tradidit. Quem accipiens diaboluſ, pergit in ſanctam civitatem et templi pinnacuſuſ. Quoruſ ſanctitatiſ et religioniſ oſor in civitateſ ſanctam et in templuſ? An præcipitia deerant in deſerto? Erant omnia Judææ excelsa ablata? Cur non potius ad idoloruſ excelsa, ad Babylonicas turreſ evolavit, ut præcipitiuſ ſuaderet? Sane non a ſe, ſed deſicco pondere preſſuſ, in templuſ Dei, in civitateſ ſanctam deflexit. Sicut qui ſaxeã moleſ ſuſcipiat aſportandã, in centrũ ſaxi gravitat et ſæpe renitentiſ licet, ad ima fertur, pondere ſuperatuſ; ſic aliquando, qui Chriſtuſ etiam per injuriã in ſe ſuſcipit, non poteſt non inclinãre in centrũ ſanctitatiſ per penitentiam. Hæc enim eſt dominice viſiſ miſericordie, et ipſiuſ Chriſti longanimitatiſ ſalutaris, quod nocentiſſimoſ quoſque et gravitateſ peccatoreſ, in bonuſ gravitet et convertat.

b. — Poſituſ in pinnacuſo templi Dominuſ non audeſ, imo nec poteſt pellere in præcipitiuſ inimicuſ; id ſolum ſpectat, ut ipſe ſeſe agat in ruinã. Ideo ait: *Mitte te deorſum.* Etenim perfectiſſimi viri hoſtibuſ inaceſſi et terribileſ, ſuo

quandoque caſu diſſolvuntur; maxime quando ſibi nimiuſ fident, peccandi ocaſionibuſ ſe temere nimis exponunt. Eundem Davidem, qui de ſe corã Deo gloriabatur, inquiens: *Perambulabam in innocentiã cordiſ mei, in medio domuſ meæ; intelligam in via immaculata, quando veniſ ad me; eundem, inquam, paulo poſt in abominabileſ adulteriſ cloacã lapſuſ fuiſſe Scriptura refert, II Reg. II, inquiens: *Miſit Rex et requiſivit quaſ eſſet mulier: nuntiãtũque eſt ei, quod ipſa eſſet Bethſabee, filia Eliã, uxor Uriæ. Miſiſ ilique David nunciuſ, tulit eã: quaſ cum ingreſſa eſſet ad illum, dormivit cum illa. At vero undenam præcipitiuſ iſtuſ adeo horrenduſ ſuã ſumpſit originem? Ex eo nimiruſ, quia oculuſ ſuũ cuſtodire et ocaſioneſ ac pericula peccandi et medio tollere neglexit. Quis igitur periculoſ ſe exponere non formidabit, quando etiam David, qui vir ſecunduſ cor Dei erat, in iſdem conſtitutuſ, adeo turpiter lapſuſ fuiſſe cernitur. David lapſuſ eſt et tu non leaderiſ?**

c. — Vox pinnacuſuſ valde angit Doctoreſ et in variſ ſententiã dividit. Ad rem Remigiuſ: « Pin- « naculuſ ſedeſ erat doctoruſ. » Videlicet diaboluſ fruſtratuſ ſucceſſu tentationiſ primæ, quaſ gulaſ ſuadebat et palati voluptateſ, Chriſtuſ inde alliciere cupit ad jactantiã et inaniſ gloriæ ambitionem et ita eum ad pinnacuſuſ templi ducit quod ſedeſ erat Doctoruſ. Opportune quædam Gloſſa apud S. Thomã: « Ideo duxit eum ſuper « pinnacuſuſ, nam vellet eum de vana gloriã ten- « tare, quia in cathedra Doctoruſ multoſ dece- « perat inani gloriã; et ideo putavit iſtuſ poſituſ « in ſedeſ magiſteriſ inani gloriã extolli poſſe. » Nempe aſtuſſiſſimuſ dæmonuſ cum ardentem cuperet Chriſtuſ quem ſuſpicabatur Deuſ eſſe, pellicere ad ſtuduſ inaniſ gloriæ, in ſedeſ magiſteriſ et ſuggeſtibuſ Concionatoruſ ſtatuit, quaſ hi litterariſ honoreſ maximã vim habeant ad promovendos humanoſ animoſ ad jactantiã. Caveat ergo chriſtianiſ doctoreſ et Evangelicuſ ecclieſiaſteſ, ne divini eloquiſ argumentuſ puruſ et defæcaturuſ adulteret, inaniſ gloriæ admixione. Concionator qui plauſuſ ambit, contemnit perſuaſionem.

d. — Theophylactuſ et Abulentiſ dicunt pinnacuſuſ templi ſummã eſſe extremitateſ tecti ſeu frontiſpicii. Cur autem ad locuſ tam altuſ diaboluſ Chriſtuſ dederit, inter variſ rationeſ, hanc ſolum moraleſ affero: Per aereſ ſuper pinnacuſuſ templi duxit, quia dum homo ad dignitateſ ultra merita, non per graduſ aſcendit, manifeſta eſt ruina, certuſ lapſuſ. Honoreſ enim merita prærequirunt et ideo indigni ad honoreſ ecclieſiæ, majoriſ ſibi potiuſ ignominiam quam laudem adſciſcunt. Cogitandũque illiſ eſt, quod reverentia illiſ exhibita, non tam illiſ, quam dignitati, qua præfulgent, attribuedã veniat.

Versuſ 6.

Si Filiuſ Dei eſ, mitte te deorſum; ſcriptuſ eſt enim, quia Angeluſ ſuiſ mandavit de te ut in manibuſ tollent te, ne forte offeſſaſ ad lapidẽ pedem tuuſ.

Mitte te deorſum.

1. — Lucas Brugenſis, quiſdam hujuſce ſuggeſtioniſ finiſ fuerit, declarat, dum ait: « Hortatur ut « in urbe ſancta et frequentia populoruſ, quaſi « novuſ funambuluſ in exceloſ penduluſ, ſe deor- « ſum ad ſpectacuſuſ vulgi jactet; » per hoc namque ſpectacuſuſ et populi applauſuſ et admirationem conciliare ſperabat, ut vel ſic eum ad vanam gloriã ſeduceret: « Experitur, num per « inanem gloriã ſuperare valeat, per quaſ non « nunquam vincuntur ſancti, qui omneſ jam car- « niſ neceſſitateſ vicerunt, » ad eum moduſ, quo ipſe propter ſuperbiam ſuã e celo præcipitatuſ fuit; ita quoque, ut ait Auctoreſ Imperfecti, *Hom. v.*, ſe ſufficere poſſe ſperabat, ut et Chriſtuſ ipſe in idem vitium corrueret.

2. — S. Hieronymuſ, in *Math.*, ait: « Vox dia- « boli, quaſ ſemper omneſ cadere deorſum desi- « derat; » cui conſonat S. Bonaventura, in *Luc.*, qui dicit: « Quia diaboluſ deorſum ceciderat, « libenter omneſ deorſum traheret; » Chriſtuſ autem, inquit S. Doctoreſ, ipſi et omniuſ aliis ſpirituſuſ complicibuſ ſuiſ, reſpondere poterat, quod aliaſ Judeiſ dixit: « Voſ de deorſum eſtiſ, ego de « ſuperiſ ſum; unde non erat ejuſ deſcendere, ſed « aſcendere, ſed diaboluſ hoc ſuggererat, ut deſ- « cendendo corporaliter, faceret eum ſuperbiſ ſpi- « ritualiter. »

3. — Hugo Cardinaliſ, in *Math.*, cauſam inveſtigat, cur dæmon, qui Saluatoruſ noſtruſ ad vanam gloriã inſtigare volebat, non potiuſ eidem ſuaſerit, ut in cœluſ aſcenderet: « Sed nunquid « propriuſ tentateſſet de vana gloriã, dicendo: ſi « Filuſ Dei eſ, aſcende in cœluſ? ſed ita affligitur « diaboluſ in exaltatione hominiſ, ut nec tentando « aſcenuſ velit perſuadere cœleſtem. Omneſ « enim cadere optat, ut ſaltem aliquando poſſit « dicere, prævaluſ adverſuſ eum. » Chryſoſtomuſ, *Serm. XII*, aliam non minus ingenioſam rationem assignat, cur potiuſ deſcenuſ quam aſcenuſ ſuaſerit, quia nimiruſ deſcenuſ illi perſuadendo, faciliorem ſperabat victoriã: « Non aſcenuſ « providit, ſed ruinã; humana conditio ad aſcenuſ ſum difficiliſ, faciliſ invenitur ad lapſuſ. »

4. — Chryſoſtomuſ, in *Gloſſ.*, ad impertinentiam petitioniſ a dæmone factæ ſe reflectit, ſiquidem ad dæmonem pertinet, illique propriuſ eſt præcipitiuſ: « Dæmonuſ eſt, ſeipſoſ jacere deorſum, Dei « vero erigere homineſ jacenteſ; proſternit ille, « occidit, mactat, ſed Dominuſ erigit eliuſum. »

Theophylactus, in *Matth.*, hanc eandem serpentis temeritatem ex verbis antecedentibus deducit: « Si *Filius Dei* es. Quamvis Filius Dei erat, num o maledicte, precipitare debebat seipsum? Tu autem crudelitate est precipitare demonio actus; Dei autem salvere. » S. Anselmus quoque hanc demonis petitionem redarguit: « Stulta fuit persuasio, præsertim Filio Dei; » multo melius utique ipsum verum Dei Filium esse agnoscere potuisset, si ipsi ascensum in cælum persuasisset, siquidem in Ascensione ejus vere Filius Dei manifestatus fuit; at vero, ut idem S. Doctor subjungit: « Diabolo convenit, ut in precipitium ire commoneat. »

5. — Porro certum est, diabolum in hac sua petitione aliam non habuisse intentionem, quam ut ipsum vanæ gloriæ reum efficeret, de se nimirum in conspectu totius Jerosolyma, in aera librato, ostentationem quamdam instituendo; at vero cur non potius ei persuadet, ut in aere suspensus persistat, sed solum dicit: *Mitte te deorsum?* Auctor Imperfecti, *Hom. v.*, dicit: « Non dixit, ambula per aërem, sed tantum: *mitte te deorsum*, ut sciamus, quia omnis qui obedit diabolo, ipse sese ponit deorsum. »

6. — S. Bonaventura, in *Luc.*, dæmonis detegit debilitatem, dum ait: « Nota suggerendi modum, cum dicit: *Mitte te*; » adducitque Chrysostomi testimonium, dicentis: « Non impulit, non tetigit, non appropinquat, sed tantum dixit: *Mitte te hinc deorsum*, ut sciamus, quia omnis qui diabolo obaudit, ipse se deponit deorsum. » Id quod etiam S. Hieronymus in eodem proposito dixit, dum ait: « Persuadere potest, precipitare non potest. »

7. — Venerabilis Beda, in *Matth.*, ex illa, quam Christus huic diaboli suggestioni opposuit, resistentia, aliam quamdam moralitatem deducit, quia sicut Christus acquievit quidem, ut in eminentissimo templi loco collocaretur, ab inde vero se ad dæmonis instigationem precipitare noluit: « Ita decet, ut nos, si quis suadet viam veritatis ascendere, obtemperemus; si autem vult nos ad imā de altitudine virtutum precipitare, non illum audiamus. »

Scriptum est enim quia Angelis suis mandavit, etc.

8. — Invenimur hæc a Psalmista facta prædictio, ut S. Hieronymus, *ibid.*, testatur, non concernere Christum, sed quemvis alium Dei servum, cujus ratio est, quia verbis illis agit de adjutorio Angelorum, homini debili impendendo, ac proinde vide, quam verum sit, quod diabolus sinistre interpretatur Scripturam sacram: « Certe si vere de Salvatore scriptum noverat, debuerat et illud dicere, quod in eodem Psalmo contra se sequitur: *Super aspem et basiliscum ambulabis*; de sua conculcatione quasi tergiversator tacet. »

9. — Nimirum simiam se facere voluit Christi Magistri nostri, ejus exemplo, Scripturam sacram in suum quoque favorem interpretando. Albertus Magnus, in *Matth.*, ait: « Adhibet Scripturam, ut facilius persuadeat et præcipue ideo, quia in superioribus Christus sibi per Scripturam responderat. » At vero observandum hoc loco est, quod Hugo Cardinalis, Glossam Interlinearem sequendo, considerat, dum ait: « Scripturis utitur, non ut virtutes instituat, sed ut errores ingerat sic et sui faciunt, » id est, hæretici et omnes alii catholice Ecclesie contrarii. S. Thomas monet nos, quod ex hoc loco deduci possit, verissimum esse, quod sæpe Satan in Angelum lucis se transformet, ut nos decipiat, id quod assecit et sectatores illius pariter faciunt: « Qui utuntur auctoritate Scripturæ sacræ, ad simplices decipiendum. *Indocti et instabiles depravant, sicut et cæteros Scripturas, ad suam ipsorum perditionem.* » Il *Petr.*, II, 16.

10. — S. Bernardus Luciferi fastum et superbiam, hisce super eundem Psalmum conscriptis verbis, *Serm. XIV in Ps. LX*, graviter relinquit: « Quid maligne, Angelis mandavit Deus? neque ut custodiant te in omnibus viis tuis, numquid in precipitiis? qualis via hæc de pinnaulo templi mittere se deorsum? non est via hæc, sed ruina, et si via est, tua est, non illius. »

11. — Auctor Imperfecti, *Hom. v.*, efficaciam quodam adducit argumentum ad probandum, quod locus ille Scripturæ a dæmone adductus, de Filio Dei minime sit intelligendus: « Nam vere Filius Dei Angelorum manibus non portatur, sed ipse magis Angelos portat; nec enim creatura portat creatorem, sed creator creaturam. »

12. — Paulus de Palatio se non mirari dicit, quod Deus Angelis suis recommendaverit hominem, ut illum custodirent: « Siquidem et Filio suo mandavit de nobis, non solum ut custodiret nos, sed etiam ut moreretur pro nobis. *In manibus portabunt te.* Quid? sacrane res est homo, quem Angeli in manibus ferant? Sacerdotes in manibus ferunt sacram synaxim et nos in manibus ferimus Angelorum? » *Ne unquam offendas ad lapidem pedem tuum*, id est, ut Interlinearis exponit: « Ad legem in lapideis tabulis scriptam, in qua omnes offendebant; » etenim lex illa scripta in tabulis lapideis, sexcenta tredecim continebat præcepta, in quibus multi prævaricabantur; quanto igitur major est legis Evangelicæ facilitas? *Plenitudo legis est dilectio; qui diligit proximum, legem implevit*; estque certissimum, « quod qui amat, non laborat. »

Adnotationes.

a. — Si *Filius Dei* es, *mitte te deorsum*, etc. Diabolus malitie princeps et tentationum præses, inde cepit tentare in deserto, unde jam in Paradiso vicerat. In Paradiso enim cum muliere loquens,

gravitatem peccati abscondit, dicens: *Nequamquam morietur; scit enim Deus, quod quocumque die comederitis ex eo, eritis sicut dii.* Hic vero similiter et gravitatem peccati abscondit, et notitiam Dei eripit, dum mediā Scripturæ partem dimisit. Pulchre S. Bernardus, *Serm. XIV*, dicit: « Quid, maligne, Angelis mandavit Deus? Neque ut custodiant te in omnibus viis tuis, etc. » *Vide supra*, Dæmonis scilicet via erat, per quam in gravissimum presumptionis peccatum et Deum tentandi, impellere nitentur. Nulla enim major est iniquitas, quam ut divina misericordia nobis sit argumentum in lapsum et ruinam. Unde Gregorius Magnus, in libro I *Reg.*, III, ait: « Peccare et de Dei clementia presumere, pelago justitiæ ejus exponi est. » Hanc Dei justitiam abscondit et peccati gravitatem Scripturis velat ut seducat; hoc enim dæmonis genus est, peccatori primo Dei quod offendit, deinde gravitatis peccati, notitiam eripere, ut hæc ratione excecatus peccet.

b. — Astutus diabolus, ut facile suadeat ruinam, Scripturam adducit, ac si dicit: Ne timeas precipitium, quoniam scriptum est quod Angelis suis mandavit, de quorum numero ego unus sum, ut si te precipitaveris, in manibus te tollant. « O nefanda artis astutia! qui viderat se a Domino responso legis fuisse percussum, jam non tantum nequitia suæ armis utitur, in quibus inutilis reus pertus est, sed et ipse legis testimonium mutatur et deinde tentat vincere, unde dolet se fuisse jam victum, » ait S. Chrysostomus, *Hom. v.* Adducit enim eo fine diabolus Scripturam, ut in gravissimum peccatum Christum Dominum impelleret, dum de confidentiæ divine benignitatis ac protectionis, se in precipitium ac ruinam daret, confidens de auxilio Angelorum. Hæc hodie dum dæmonis theana est, specie misericordiæ divine, in peccata inducere et facere penitentiam procrastinare, ut tandem in hora mortis, in precipitium desperationis inducat.

VERSUS 7.

Ait Jesus: rursum scriptum est: Non tentabis Dominum Deum tuum.

1. — Lyranus exponit, quid Salvator noster hisce verbis dicere voluerit et dicit, quod tentare Deum, est velle et petere ab ipso experimentum de ejus virtute adque inevitabili necessitate; » quando enim homo ad evadendum hoc vel illud periculum, aut quamvis aliam adversitatem, mediis uti potest naturalibus, non est illi ad miracula recurrendum. Salvator igitur dæmoni, ipsi suadenti, ut se e pinnaulo templi demitteret, eo quod Angeli præsto adfuturi essent, ut ipsum per aera deportarent, respondit: Tu me tentas; cum enim per gradus aut scalas descendere possim, sicut omnes alii faciunt,

justum et congruum non est, ut ego id faciam per miraculum, hoc enim esset vere tentare Deum.

2. — S. Chrysologus autem dicit, Christum per hanc responsonem, se verum Dei Filium esse palam facere voluisse: « Se utique Dominum, se utique Deum intelligi voluit, hæc dicendo, qui non de pinnaulo templi se dedit ad terram, sed de cælis se ad inferos usque jactavit, ut non e cadentium forma, sed esset resurrectio mortuorum. »

VERSUS 8.

Iterum assumpsit eum diabolus in montem excelsum valde, et ostendit ei omnia regna mundi, et gloriam eorum, et dixit ei.

Iterum assumpsit eum diabolus in montem excelsum valde.

1. — Lucas Brugensis dicit, dæmonem mutare voluisse tentationis locum, ad probandum, an per hoc mutare quoque in eo posset affectum et illius impetrare assensum.

2. — Altum quemdam montem elegit: « Quia cum sit superbus, semper alta petit; *super astra Dei exaltabo solium meum*, et quia in loco eminenti facile homo ruit, » inquit S. Hieronymus, « ducere eum festinat ad montes, per quos ipse corruerat, ut etiam cæteri corruant. »

3. — Theophylactus per hunc montem, divitiarum cupiditatem interpretatur: « Quidam putant e montem excelsum valde, affectionem et studium de possidendis divitiis. » S. Hieronymus considerat, quod gloria mundi, que omnem altitudinem transcendit, cum mysterio quidem, in vertice montis demonstratur, cum majori tamen mysterio. Christus de monte in plantium descenderit: *Descendens stetit in loco campestri*, ut per humilitatem suam adversus superbiam victor evaderet: « Dominus autem ad humilia descendit et campestris, ut diabolum humilitate superaret. » Hugo Cardinalis autem per montem in sensu morali, dignitates intelligit magis conspicuas: « Ubi diabolus defert Jesum; cum ambitio honoris vel dominandi et gloriandi ferret hominem vel spiritum hominis in speculam dignitatis. »

Et ostendit ei omnia regna mundi, et gloriam eorum.

4. — Salmeron existimat, dæmonem omnia illa regna commonstrantem, ad hunc effectum, potentis ejusdem Regis induisse speciem.

5. — Glossa opinionem refert dicentem, quod dæmon Christo nec Persidis regnum, nec Indiam, nec alias universi partes ostenderit, sed tantum ei insinuare voluerit, se in omnibus hisce rebus terrenis regnare, sive per gulam, sive per superbiam, sive per alia quæcumque vitia: « Ut suadens, quod volebat, eum sibi subjaceret. »

6. — Lyranus incredibile esse existimat, quod ex illo, quantumvis eminenti loco, omnia regna mundi ostendere poterit; unde probabilius esse censet, quod ex illa montis altitudine varias Christo ostenderit terræ habitabiles partes eique quoad res principaliores, omnium regnorum notitiam communicari, enarrando « in brevibus magnitudinem » et gloriam illorum; et ideo ostensio fuit magis ad « auditum, quam ad visum. » Cui consonat sententia S. Thomæ dicentis: « Expressit ei temporalem « gloriam mundi. »

7. — Jansenius nonnullorum opinionem esse scribit, quod hæc exhibitio et ostensio, a dæmone in phantasia Christi formata fuerit, adeo ut visio illa sensibilis non fuerit, sed imaginaria tantum, ad eum modum, quo S. Gregorius de S. Benedicto scripsit, « ipsum totum mundum in lumine divino « intellectualiter vidisse. » Didacus Stella ait: « Dicendum, quod arte magica et incantationibus fecit « diabolus, ut in montis illius spatio omnes civitates « mundi opulentissimæ apparerent, omne aurum, « argentum et quicquid mundus amat. » Eandem quoque sententiam Lucas Brugensis docet, quod scilicet omnium regnorum pompam et gloriam, in brevi quodam compendio, ei ob oculos statuerit: « Illud opibus clarum, hoc viribus, aliud frequentia « populorum, aliud alio conspicuum et gloriosum, « denique quicquid in orbe magnificum habet, « magnorum Regum strepitus, opes, famulitium, « palatia, copias, adorantium turbas, obsequia, « pompas, triumphos, legationes, nutum omnipo- « tentem. » Jansenius dicit quod nec decentia, nec pietati conforme sit credere, « Diabolum interiores « Christi sensus commovisse, novis apparentium « rerum speciebus, » ideoque verisimiliter esse asserit, quod diabolus Christo universum mundum sensibilibus ostenderit, modumque quo id factum fuerit, hæc ratione declarat: « Quia omnium ima- « gines novo quodam modo representavit humanis « ejusdem obtutibus, faciens per eas imagines « omnia apparere oculis ejus. » Perque hanc apparitionem conatus est, inquit Lucas Brugensis, Christo insinuare et imprimere: « Terrenorum « amorem, dominandique libidinem excitare, sed « nulla intus cupiditas animum Jesu pupugit, qui « sensum nobiscum communem habuit, non appe- « titus incompósitos. »

8. — Observandum vero est, quod S. Lucas, iv, 3, dicat: *Ostendit illi omnia regna orbis terræ, in momento temporis.* S. Bonaventura autem rationem assignat, cur S. Evangelista hanc circumstantiam expresserit, nimirum, ut, quam brevis et momentanea gloria mundi sit, denotaret: « Et quia hæc « non durat, sed cito transit, ideo in brevi tempore « ostendit, propter quam adjungit: *in momento « temporis.* Unde Beda: Non enim tam conspectus « celeritas indicatur, quam caduca fragilitas potes-

« tatis exprimitur, in momento enim cuncta præ- « terant et sæpe honor sæculi abit, antequam « venerit. »

9. — Est et alia ejusdem S. Doctoris super hæc verba consideratio, ponderatione dignissima; ait enim: « Ostendit vanitatem humanæ pompæ, « quam amabat, quasi spatiosam ostendens, facere « volebat amari, » quasi diceret: omni studio conatus est efficere, ut terra vasta et ampla appareret; at vero minime considerabat, quod Sapiens ait, *Sap., xi, 23: Tanquam momentum stateræ, sic est ante te orbis terrarum, et tanquam gutta roris antelucani, quæ descendit in terram.* Ecce tibi estimationem, quam Sancti, superiori luce illuminati, de mundo habent. Jeremias, iv, 23, ait: *Aspici terram, et ecce vacua erat, et nihil.* S. Antonius Magnus solebat dicere: « Nemo, cum despexerit « mundum reliquisse se arbitretur ingentia, quia « omnis terra ad infinitatem comparata cælorum, « brevis ac parva est. »

Additiones.

a. — *Iterum assumpsit eum diabolus, etc.* Omnia regna mundi ejusque glorias ostendit tentator Christo. An quia omnia eminentis coloribus ante mortales oculos in aere confixi? Non abnao; sed esto quod manus designatione, notaret mundi plagas, quarum imperia, gazas, delicias composito sermone describeret, plane placuit Domino sibi omnia hæc ob oculos proponi, effingi, ut qui illa aspernaturus venerat, cum eminentis illorum imaginibus, ita nos edoceret confligere et evincere mundum, ejusque delicias contemnere; nam ut S. Augustinus, *Epist. xlii*, ait: « Non Christus regno « terreno decoratus, nec Christus terrenis opibus « dives, nec Christus ulla terrena felicitate præful- « gens, sed Christus crucifixus per totum terrarum « orbem prædicatur. » Christus quoque Dei Filius ab universo humano genere adoratur in cruce confixus, non vero in throno majestatis conspicuus.

b. — Malitia nullis eventibus frangitur et quamvis diabolus victus esset in prima et secunda tentatione, adhuc ad tertiam procedit, et quia frequenti loci mutatione mutatur affectus, ideo de uno loco ad alium transfertur Christum, ad eum superandum et provocandum, in montem excelsum, qui quamvis sit locus aptus ad multa ostendenda, nullus tamen est mons tam sublimis, ex quo omnia mundi regna possint conspici. Cur ergo ad hæc ostendenda in monte Christum constituit? Respondet S. Anselmus: « Tentaturus de avaritia, in montem ducit, « quia ambitio semper alta petit. » Interlinearis: « Super montem superbia omnis erigitur. » Mons enim superbiæ significat; ad hos montes diabolus Christum ducere festinat, ut in lapsum pertrahat, ut per quos ipse cornuatur, etiam ceteri cornuant. Superbia enim vitium diabolicum est, ortum a dæ-

mone trahens, eaque dæmon plurium animarum prædam agit.

VERSUS 9.

Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me.

Hæc omnia tibi dabo.

1. — Ecce tibi mendacem et fraudulentum impostorem; siquidem a Spiritu Sancto dictata, *Psal. xxxii, 1*, veritas est: *Domini est terra, et plenitudo ejus, orbis terrarum, etc.*, præterquam quod ipsamet incarnata Sapientia clare satis dixerit: *Per me Reges regnant.* Porro in S. Luca verba, quæ diabolus, regna isthæc ostendens, ad Christum dixit, fusius scribuntur: *At illi: tibi dabo potestatem hanc universam et gloriam illorum, quia mihi tradita sunt, et cui volo, do illa.* O inverecundum et evidens mendacium, siquidem impostor adeo pauper est et egenus, adeoque in donis impertiendis inops et pauper nobiscum, ut paulo ante vix mucidum haberet, quem esurienti Christo offerret, panem, ut eum jejuniū adeo prolixum rumpere faceret; unde solitudinis istius obvios illi lapides obtulit manducandos. Beda ait: « Hoc dicit ex « arrogantia. » Ingens profecto est hominis cæcitas, qua a dæmone sæpe bona temporalia se accepturum esse confidit, dum eadem in ejus manu minime consistant. *Mecum sunt divitiæ et gloria, opes superbæ,* inquit Beus, *Proc., xii, 18.* Verum quidem est, quod S. Bonaventura super hæc verba scribit: « Terra data est in manibus impij, id est, « terrena potestas; » at vero huic, per illam S. Bernardi sententiam responderi potest: « Plus « concupiscentia mundi, quam substantia nocet; » etenim effrenis honorum terrenorum cupiditas est, quæ nos condemnat, non vero honorum illorum possessio. S. Ambrosius super Lucam, a Glossa in hunc locum scribente citatus, advertit dicens: « Nota, quia omnis potestas a Deo, quia ordinatio « potestatum a Deo; » simul tamen etiam ostendit, quenam sit pars illa quam sibi dæmon in dominiis et regnis usurparit, dum ait: « Sed a malo ambitio « potestatis, » dæmon quidem omnia mundi sceptrata Christo promittebat, ita tamen, ut eum ad ambitionem adeo effrenem inducere conaretur, qua illum etiam paratus esset adorare. Cæterum vero scimus et S. Hieronymus attestatur, multos quoque sanctos homines, ad sceptrorum gubernationem a Deo fuisse assumptos.

2. — Hujus diabolici insultus validum et potentem impulsorem S. Hilarius hæc verbis exprimit: « Adversus Dominum tota jam sæculi potestate « pugnatur et Creatori suo possessio hujus univer- « sitatis offertur. » Venerabilis Beda observat, tortuosum hunc serpentem primum hominem tribus insultibus, gulæ scilicet, vanæ gloriæ et avaritiæ aggressum fuisse, ac proinde iisdem quoque con-

tibus se secundum Adamum supplantatum fuisse confidit; gula quidem, efficiendo, ut præ famis excessu, lapides in panes commutaret; vana gloria quoque monendo ipsum, ut e templi summitate sese deorsum demitteret, securus, se ab Angelorum manibus portandum et sustinendum esse; ultimus autem ictus fuit avaritiæ, eumque sibi, veluti ictum capitalem atque validissimum, in ultimum sibi locum reservavit: « Quasi omnibus vitis fortio- « rem, » inquit Chrysostomus, *Hom. xii in Matth.,* « pecuniarum cupiditatem postremo loco posuit, « extremum reservans, quasi quod omnibus valen- « tibus esse judicaret. »

3. — Paulus de Palatio ad ingeniosum quoque reflectionem nos invitat, dum ait: « Id non præte- « reat nos, tantæ fuisse Christum sanctitatis, in « oculis diaboli, ut non nisi promissione omnium « regnorum mundi et totius gloriæ sæc eum flecti « posse putaret; at nos quam minimo negotio ad « sui adorationem flexisset. »

4. — Considerari quoque meretur, quod diabolus Christo primo lapides obtulerit, nunc vero omnia sceptrata, diademata et monarchias totius universi; quenam est hæc inter utrumque munus oblatum differentia? Numquid idem tentator, qui ante erat? Numquid pariter eundem Christum tentabat? Respondeo, id quidem verum esse; verum advertendum est, quod, ubi agitur tantum de exploranda veritate, an Christus scilicet verus Dei Filius sit, an vero non, nullum Christo offerre supervacaneum esse duxit; at vero quando spes illi erat, animam quamdam lucrandi, quæ adeo sancta et immaculata erat: *Si cadens adoraveris me*, quicquid divitiarum congregare potest, libenter expendit, imo totum mundum cum omnibus, quæ in eo pretiosas sunt, liberaliter promittit. Auctor Imperfecti, *Hom. v*, considerat: « Quomodo omnis promissio ejus irra- « tionabilis sit et mendax; certe uni dare non « poterat omnia, nisi ab hominibus omnia tolle- « ret; » verumtamen si in ejus potestate fuisset id ipsum, quod promiserat adimplere, fecissetque utique ad hoc, ut unicam tantum sibi animam compararet; ac proinde Salvianus ita scribit: « Quis « furor est viles a vobis animas vestras haberi, « quas etiam diabolus putat esse pretiosas? quas « etiam charas vobis debere esse dicunt, qui viles « facere conatur; ac proinde quicunque animas « suas negligunt, etiam infra judicium diaboli se « amant. »

Si cadens adoraveris me.

5. — De hoc quidem serpente in Genesi, iii, 1, dicitur: *Erat callidior, etc.* Verumtamen hæc ejus suggestio Christo proposita, stulta prorsus et irrationalis esse videtur, id quod per similitudinem sequentem facili negotio declaratur; etenim si quispiam ab amico suo, sibi decem scuta mutuari peteret,

ille autem obsequium istud ei absolute prestare abnueret; si tunc hic repulsam passus protinus rediret, ab coque, a quo decem scuta habere non poterat, centum scuta sibi mutuo dari postulare, numquid illum stultum esse diceret? Quodsi vero idem ab eodem amico, etiam illa centum scuta mutuo nolente, iterata vice et longe instantius, centum millia scutorum mutua sibi dari rogaret; numquid illum prorsus delirum factum esse diceret? idem quoque in presenti, de diabolo iudicandum erit; hic enim a Christo primo expetit miraculum conversionis lapidum in panes et rejicit; de novo accedens suggerit præcipitium: *Mitte te deorsum*, patiturque iteratam petitionis suæ repulsam. Quenam est igitur nunc stulta diaboli temeritas et irrationalis præsumptio, qua eidem Christo idololatriam et adorationem sui, qui diabolus erat, suggerere et suadere non dubitat? Notandum est vero, quod ostendit ei omnia regna mundi et gloriam eorum, et ait illi: *Hæc omnia tibi dabo*. Lucas Brugenensis ait: « Reipsa expertus erat inimicus, nihil esse tam impium ac nefarium, quod imperii causa homines non auderent; » ac proinde tametsi Christus Filius Dei esset, ipsum tamen, per hanc ei factam oblationem, sese prostratum esse sperabat; siquidem Adam in statu innocentie et quidem pariter in paradiso constitutus propter hunc inordinatum glorie et domini mundi appetitum, Deo rebellat et demoni consenserat.

6. — Jansenius nihilominus modum nobis servavit, quem diabolus in tentationibus hisce servavit: « Hoc ordine diabolus tentare solet, ut a levioribus incipiens, paulatim perducat ad graviora, semper eo ordine proponens, quæ magis movent; jam plerumque fit, ut, qui famam contemnere possunt et vanam gloriam, stabiles honores et multarum rerum gloriosam possessionem non possint contemnere. »

7. — Cajetanus magnam inter hanc et duas alias tentationes observat differentiam; siquidem duæ antecedentes ad hoc solum tendebant, ut, an Filius Dei esset, per illas exploraretur; hac ultima vero tentabat an illum ad sui adorationem posset pertrahere; unde colligitur, quod in eadem tentatione cum Christo, in specie magni cujusdam Principis et Monarchæ tractaverit. Idem vero Auctor fatetur, se hujuscæ tentationis finem nequaquam posse intelligere; neque enim est verisimile, quod demon sperare aut presumere potuerit, virum tante sanctitatis, quem hactenus nequaquam ad minimum peccatum veniale, ulla ratione potuit fletere, ad peccatum quoddam adeo sacrilegum et execrabile, quale est idololatria, fore protrahendum. « Scivit, quod nemo repente fit summus, tam in bono, quam in malo. » Quodnam igitur fuit serpentis hujus artificium? « Intellego, quod occultiori arte tentationem hanc intulit, ad explorandum si

Filius Dei esset. » Porro discursus ejus, quo usus est, hic fuit; considerans enim, quod ad explorandam divinitatis ipsius veritatem, duo primo insultus omnino fuissent inutiles, « cogitavi occulte idem « explorare, tentando illum de supremo crimine, « ut scilicet se adoraret, ut sic vel provocaret « Jesum ad increpandum tentatorem, et dicens: « dum: Ego a te debeo adorari, et sic explorasset « ipsum esse Dei Filium. » Jansenius fere idipsum scribit, dum ait: « Sperabat eum, si non esset Dei « Filius, magnificis illis promissionibus superan- « dum: si vero esset, irritatum tanta tentatoris « improbitate dicturum, se potius ab illo adorari « debere, suaque esse omnia, quæ illa tanquam sua « pollicebatur. » Speravit insuper, prout nonnulli existimant, se saltem hoc ex illa tentatione lucrum reportaturum esse, ut saltem ipsum subjicere alieni actui impatientie et iracundie, quia per culpam leviorum, se ad majores aditum sibi facere posse sperabat, siquidem a minimis incipiunt, qui in maximo prorunt.

8. — S. Irenæus ponderat verbum istud: *Si cadens*: « Ipse diabolus confilietur, quoniam adorare eum et voluntate ejus facere, cadere est a gloria Dei. » *Dejecisti eos, dum alleviarentur*, inquit David, Ps. LXXII, 18. Ubi S. Gregorius ait: « Elevatio ipsa ruina est, quia dum gloria falsa subnixi sunt, a gloria vera evanescunt. » Chrysologus de Christo, super pinnaculum ad præcipitium portato, ita ait: « Sic suis suadet, sic suis providet semper, « sic suos elevat, ut de alto præcipitet validius in « ruinam. »

Additio.

a. — *Et dixit ei: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me*. Superbissimus est demon, an audacissimus? Suspicatur saltem Christum esse Deum et præsumit se ab illo adorandum? Astutissime demonum, quid te erexit in hanc temeritatem, vel ut levi suspitione existimares Christum semel et iterum victorem, te nihilominus adoratum? Sane scit versatus demon, tam impotentem ferri hominum mentes in regnandi desideria, ut vel Christum, cui pro adoratione pollicitus erat regna mundi, præsumperit attrahere ad delictum, spe regnandi. Unde audacter præsumit dicens: *Hæc omnia tibi dabo, et credidit se vel Christo facturum periculum ob ambitiosi regni desiderium, hominibus ingenitum; quia enim per superbiam protoparentes nostros dedit præcipites, perfectos quoque quosvis alios, etiam Christum, ad eandem ruinam et casum pertrahere nititur. « Habet ambitio suum « periculum, » ait Ambrosius.*

VERSUS 40.

Tunc dixit ei Jesus: Vade, Satana, scriptum est enim: Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies.

Dixit ei Jesus: Vade Satana.

1. — Dæmon haud obscure nobis innuit, quod unius animæ lucrum majoris ab ipso aestimetur, quam omnia regna mundi; siquidem hæc omnia promptissime offert pro unius peccati commissione. Christus vero e contra nobis perspicue vult indicare, majoris aestimandam esse salutem æternam, quam omnia, quæ in hac presenti vita possideri possunt, *Matth.*, xvi, 26: *Quid prodest homini, si universum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patitur?* « Totus siquidem iste mundus, » inquit S. Bernardus, « ad unius animæ pretium aestimari « non potest; non enim pro toto mundo Deus animæ suam dare voluit, quam pro anima humana « dedit. » Quodsi Luciferi Christo, unam duntaxat animam lucrandam obtulisset, credibile est, quod, licet ipsum non fuisset adoraturus, sese tamen coram ipso pronom in terram prostrasset, siquidem ut perditum traditoris, de quo dixerat: *Diabolus est, animam lucrarî posset, non solum se coram ipso in genua prostravit, verum etiam pedes ejus lavit, lotosque dulcissimis oculis delinivit, imo juxta multorum sacrorum Doctorum opinionem, eidem sacratissimum Corpus suum manducandum distribuit.*

2. — Lyranus verba hæc: *Vade Satana*, exponens, illa in se acrem quandam reprehensionem continere dicit: *Increpavit eum*, reddiditque rationem quia in aliis duabus tentationibus illum nequaquam reprehendit: « Ad ostendendum quod proprias injurias debet homo portare. » Hugo Cardinalis similiter ait: « Audita blasphemiam in Deum, quasi « indignandus respondit Dominus et dure aliquid quantum; » adducitque idem ex Lyrano recensitum documentum: « Hoc exemplo discimus, « nostras magnanimitè sustinere injurias; Dei « autem injurias neque ad auditum sufferre, quoniam « niam in propriis injuriis esse quempiam patientem, laudabile est; injurias autem Dei dissimulare, impium est. »

3. — Jansenius dicit, Christum Dominum pessimo huic et mendaci spiritui opponere quidem potuisse, dicendo: *Qua fronte mihi ita audacter promittere præsumis, quod tuum non est, nec mihi prestare potes? Qua temeritate a me non erubescis petere, ut ego venerabundus pedibus tuis advolvam, qui Deus et Creator tuus sum, qui te a gloria mea possidenda exterminavi; id tamen facere illum noluisse, « quia id temporis fallendus erat diabolus, non docendus, nec admoneri debuit, qui cor « rigi non potuit. »*

4. — Beda vero aliam quandam, a prædictis diversam, expositionem adducit: « Potest ita sentire, quod retro anteriora tempora respiciat, « quibus sibi reum diabolus tenebat mundum, « quasi Dominus diceret, attende retro, quando « decepisti primum hominem, et postero sejes, per « varios idolorum cultus delindebas, et sufficit « tibi usque huc; nunc autem non solum non sub- « vertere me valebis, sed a potestate, quam te habere plaudebas, per me projiceris. »

Scriptum est enim.

5. — Observat Paulus de Palatio, Christum in aliis tentationum insultibus, solum se per sacra Scripturæ auctoritatem defendisse; hic autem amplius quidpiam adjunxisse, neminem improprie et reprehensionem; unde sequens ducit documentum: « Cum per locum excelsum, regnum et « divitias tentamur, hic non verba Scripturæ sola « sufficiunt, conandum est, ut diabolus abeat retro « cum suis opibus et regnis. »

6. — Glossa tria illa Scripturæ loca, quibus Christus ad Goliath infernalem prosternendum usus fuit, præsignificata fuisse dicit in tribus illis lapidibus, a Davide e torrente collectis; quibus Goliath gigantem devicit: « David Goliath tribus lapidibus « de torrente prostravit et Christus diabolum tribus « testimoniis de lege. » Cajetanus ait: « Discamus « hic omnes, arma nostra esse sacras Scripturas, « quibus reparare debemus inflictos nobis tentatio- « num ictus. » Jansenius Christum non instruere voluisse dicit: « Nulla contra diabolum efficaciora « arma esse, quam Scripturarum meditationem et « verbum Dei, quod est gladius spiritus, omnes « facile rescans cupiditates carnis suggestionesque « diaboli. »

7. — Beda ad moralitatem quandam sese reflectit, quam ex mansuetudine Salvatoris addiscere possumus: « Exempla nobis humilitatis dedit, ut « quoties a pravis hominibus aliquod patimur, ad « doctrinam magis, quam ad vindictam excitemur. »

Dominum Deum tuum adorabis et illi soli servies.

8. — Paulus de Palatio ingeniosam quandam in hoc proposito habet observationem; dicit enim: « Expende tantum esse valorem divitiarum apud « homines, tamque illos eas colere, ut nihil aliud « Christus divitiis contraposuerit, quam: *Dominum « Deum tuum adorabis*; ac si dicat: O homo, « etiamsi auri te splendor alliciat, ut illud adores, « ac cogita adorationem soli Domino, eique Deo tuo « deberi. »

9. — S. Anselmus hoc loco quærit, an per hoc, quod Christus dicit: *Dominum Deum tuum adorabis et illi servies*, idem Salvator noster quodvis aliud servitium excludere intendat, adeo ut Principibus

deinceps servare non liceat; et respondet, verba illa solum intelligenda esse de cultu latriæ, quem soli sibi Deus reservavit, incommunicabiliter ad quemvis alteram. Idem quoque Dionysius Carthusianus advertit dicens: « Loquitur de servitute latriæ, quæ « soli Deo debetur. » Qui idem Carthusianus eadem verba aliter declarat, dum ait: « Soli Deo « serviendum est propter se, tametsi alias verum « sit et bonum illud Apostoli monitum, dicentis: « Per charitatem servite invicem. » Similiter pro ratione cause, loci et temporis serviendum est Superioribus et nonnunquam etiam æqualibus et inferioribus: « Omnis tamen servitus ad Dei honorem referenda est, ac propter ejus ordinationem « et voluntatem. » Paulus de Palatio modum ostendit, quo Deo serviendo aliis quoque inseruiamus, idque per hanc declarat similitudinem, sicut enim is, qui Regi servit, insuper et illis servitiam suam præstat, quibus ea præstare a Rege jubetur, non propterea servitius, regie majestati debitis, quidquam detrahit: « Ita qui Deo soli ministrat, ministrat et illis, quibus Deus ministrari voluerit. »

10. — Idem quoque Auctor reflectit se ad motiva, quæ Deus adducit, propter quæ æternus Pater ejus a nobis adorari et ministeria debita accipere mereatur, scilicet « quia Dominus est, quia Deus, « quia tuus. » Et primo quidem, cum sit Dominus, simul etiam est infinita quædam omnium bonorum desiderabilium abyssus; unde tametsi nullam super nos potestatem haberet, ex eo duntaxat, quia est amabilissimus, potentissimus et optimus, cultus noster nostraque obsequia ei deberentur. Secundo, illi servare debemus, quia est Deus, Dominus ac iudex noster, qui hanc de adoratione, sibi soli a nobis debita, legem condidit, illamque observantibus, æternæ retributionis præmium promisit, peccatorum vero infernalium aeternitatem comminatus est legis ejusdem transgressoribus: « Tertio, » inquit idem Auctor, « servare illi debes, quia tuus est, quia adeo bonus est, ut quantus est, tuus esse « velit. »

11. — Advertendum est etiam, diabolum Christo omnia regna universæ terræ cum hoc pacto obtulisse, ut ei cultum latriæ exhiberet, sequæ illi totaliter subijceret; Christum vero responsione sua, quam diabolo dedit, ostendere voluisse, mundi hujus dominium miserabilem quamdam esse servitutem; at vero Deo servare, eumque adorare, unicuique esse medium ad acquirendas celestis regni æternæ coronas: *Servare Deo, regnare est.*

12. — S. Hilarius dicit, Christum in hac sua responsione exemplum nobis dare voluisse, « ut « contempla humanæ potestatis gloria, sæculi ambitione postposita, solum meminissimur Deum « et Dominum adorandum; quia omnis sæculi « honor diaboli sit negotium. »

AdDITIONES.

a. — *Tunc dixit ei Jesus: Vade Satana, scriptum est enim: Dominum Deum tuum adorabis, etc.* Dum diabolus primo et secundo Christum provocat, tentationes suggerit, tunc Christus Dominus adhuc aliquo modo illum sustinuit, ad singula respondens; ast dum in hac tertia tentatione, multa promittens ipsum accedit, mox durioribus verbis tentatorem aggreditur et mox eum a se repellit dicens: *Vade Satana.* Ratio aliquis hujus rei esse potest: Christus Dominus constitutus est a Deo Patre Iudex vivorum ac mortuorum, et ab ipso diabolus judicandus est in extremo die. Dum ergo mæra offert, sine dilatione eum a se repellit, in exemplum nostrum, quia, ut dicitur, *Eccli., xx, 31: Xenia et dona excecant oculos iudicium.*

b. — Expensione dignissimum est, quod etsi Christus Deus probe noverat hæcenus, quod tentator ille audacter temerarius erat Satanas, nunquam tamen hoc contumelioso vocabulo, illum deonestaverat. Nunc autem hoc probroso nomine illum infamat. Quid novi in hac tertia tentatione invenitur, quare Christus hanc contumeliam nominatim jactaverit, qua in aliis tentationibus abstinent? Cajetanus sic acute respondet: « Quia diabolus manifestaverat se esse principem mundi. » Ideo Jesus non respondit illi, sicut homini ut « prius, sed expellit eum: *Vade Satana.* » Scilicet, non in reliquis tentationibus, sed in hac duntaxat dixerat tentator, se esse principem mundi et rectorem tenebrarum harum, superbe de se præsumens et idecirco illum Christus expellit: Deus enim superbis resistit, eosque detestatur et aversatur.

VERSUS 11.

Tunc reliquit eum diabolus, et Angeli accesserunt, et ministrabant ei.

Tunc reliquit eum diabolus.

1. — Cognovit enim, omnes conatum suorum machinas inutiles fuisse. Albertus Magnus dicit: « Reliquit non loco tantum, sed in potestate tentandi. » Theophylactus ait: « Tres tentationes « superavit Dominus, gula, vanæ gloriæ, avaritiæ, » utpote passiones vehementissimas, magisque præcipuas, quæ in nos tyrannice deserviunt, « has qui « vicerit, alias multo magis vincet. Unde Lucas « dicit, quod omnes tentationes consummaverit. »

2. — Nec est, quod ignominiosam demonis fugam multum admiremur; siquidem, ut Angelicus Doctor notat, Christus illis, qui tentantur, documenta quædam dedit, quibus servatis et ipsi eum vincere et in fugam agere potuerant; nimirum, « ut recurrant ad Scripturæ medicinam, *Psal., cxviii, 11: In corde meo abscondi eloquia tua, ut « non peccem tibi; ut homo nihil faciat ad arbitrium « diaboli. »* Nam Vegetius in arte militari auctor

expertissimus docet: Prudens belli dux nihil unquam eorum facere debet, quæ sibi ab inimico fuere proposita, tametsi consiliarius et consilium ejus, alias apparet bona esse videantur. Poterat quidem Christus lapides facillimo negotio in panes convertere, sed « noluit, quia visceret. » Unde S. Ambrosius ait: « Cui facile fuisset lapides « in panem, naturæ alterius transfusione convertere, docet, nihil tibi pro diaboli arbitrio, aut « declarande virtutis tue contemplatione facien- « dum. » Tametsi nonnulla eorum, quæ diabolus proponebat, rationabilia esse videri poterant, maxime cum illa, per adductos Scripturæ textus cohonestaret, attamen semper spreto et in omnibus postulationibus suis repulsam turpiter passus fuit: « Non enim aliquid ab inimico impetrandum « est, neque consilio ejus in aliquo acquiescen- « dum, » inquit Albertus Magnus. Observanda quoque hoc loco est facilitas, qua eum turpiter a se recedere coegit: ad hoc enim Christus nulla alia re usus fuit, quam unius hujus vocis, *non*, iterata repetitione, insistendo fortiter responso negativo: *Non in solo pane, etc. Non tentabis, etc. Vade Satana, etc.,* neque enim vincere potest, nisi solos illis ultro consentientes.

Et ecce Angeli accesserunt.

3. — Lyranus Christum, obsequium et societatem Angelorum, ad tempus licentiase et a se dimississe credit, ut tanto securius Luciferi persona ejus celaretur, haberetque ampliores solitarie cum illo, id est, solus cum solo dimicandi campum, minorique cum metu decertaret. Lucas vero Brugensis aliam quamdam rationem adducit: « Ne videretur « Dominus, Angelorum subsidio aut equis, aut « vicisse. »

4. — S. Thomas, in *Muth.*, antiquitus usum fuisse refert, quod victores, post reportatam gloriose victoriam, a multis magnificis exciperentur obsequiis et honoribus: « Ita hic celebratur triumphus Christi ab Angelis. » Paulus de Palatio ait: « Veniunt videre rem grandem, quam credere natura non poterat, videlicet quod caro totum devicerit infernum, quod caro omnes demonum « superaverit artes, quodque caro dejecerit diabolum, quem vix tota Angelorum curia vincere « potuerat. » Atque hic est, quod S. Thomas, in

Muth., ex hoc Angelorum obsequio, pro nostra consolatione deducit: « Quod homines, qui vincunt diabolum, mercantur ministerium Angelorum. »

5. — Cajetanus, ministerium istud Angelorum, in majorem demonis confusionem cessisse dicit, dum ait: « Ut quod diabolus tot tentationibus « explorare nequivit, » nimirum an vere Filius Dei esset, « confusus ac invitus, videat in Angelorum « ministerio. »

6. — Jansenius existimat, Angelos in humana specie, se coram Christo ad majus ipsius gaudium presentasse: « Gratulabundi redierunt; redierunt « autem visibili humanaque specie, id enim vox, « accesserunt, intelligendum dat ut, quem diabolus « ea specie sumperat tentandum, ipsi eadem specie honorem, officiumque ei omne præstarent. »

ADDITIONES.

a. — *Tunc reliquit eum diabolus. Et ecce Angeli accesserunt et ministrabant ei.* Bene Anonymus in *Catena Græca* ait: « Legitime pugnantem, agonem « reperit terminus, quod adversarius, vel sua « sponte cedat vincenti, vel trino casu deponatur, « secundum pugnatorie artis decretum. » Ille itaque dæmon, fessus ex repetitis a Christo reportatis victoriis, confusus et tacens abscedit. Sic fugit diabolus et eos exparet viros, qui viriliter primis ejus conatibus resistunt. Unde bene S. Hieronymus monet: « Dum parvus est hostis interfice; nequitia « elidatur in semine; » nam inter alia, contra demonis tentamenta, hoc efficax remedium est.

b. — Nullatenus dubitandum est quin Angeli semper Christo fuerint presentes et ministri, licet ad horam se elongaverint, consentiente Christo. « Præ- « cipiente Domino recesserunt, » ait Auctor Imperfecti, « ab eo, ut locus diabolo adversus Christum « daretur: ne forte Angelos videns circa eum, non « appropinquaret ad eum. » Non adsunt ergo pugnantem, ut præsidium et auxilium conferant et adsunt victori. Numquid victoria indiget præsidio? Nullo modo. Adsunt ut hauriamus hinc documentum, in quanta estimatione solitudinem Deus habeat; in qua per ministerium Angelorum, strenue pugnantibus et vincens consolationes divinas submittit.